



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Oranti duo sunt necessari, aut exaudiatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

omnipotentem. Quarto orandum est humiliter. Psal. respexit in oratione humilium. Sicut legitur de Publicano, & de Cananæ catello se comparante. Vnde Iudith. dicebat. Neque superbi ab initio placuerunt tibi, sed semper tibi placuit humiliū & māsuertorū depræcatio. Et Eccle. Oratio humiliātis se nubes penetrabit, &c. Sed hodie cōtrario modo mulieres agunt, cum. n. ad ecclesiam uadunt, studiosius se ornant, cum tunc se magis humilia re deberent, sicut Iudith, & Helter, & Niniuite fecerunt, qui se faccis induerunt. Vnde D. Ambrosius. Qui enim uult audiri, inclinare se debet amota pompa, ut misericordiam dei pronocet. Habitus enim superbus nec impetrat, nec recta de se facit credi.

Psa, 101

Iudith, 9

Eccle, 35

Ambr,

*Oranti duo sunt necessaria, ut exaudiatur.*

Primum est ut beneuiat. Et ut aliquis beneuiat, tria necessaria sunt. Primo, ut opere compleat, quæ Deus præcipit. Io. 9. Scimus quod Deus peccatores non exaudit sed si quis dei cultor est, & uoluntatem eius facit, hunc exaudit. Et Isydorus. Si id quod Deus præcipit

Io, 9.

Isydo.

CHRISTIANA

facimus, id quod petimus sine dubio  
 obtinebimus. Secundo, ut mundi-  
 tiam cordis diligat. Io. 3. Si cor-  
 noster non reprehenderit nos fiduciam  
 &c. Et P. Augustinus. Munda tuum  
 cubiculum cordis, & intus est qui  
 exaudiat. Et Hieronymus. Intellige  
 o homo, quia nisi pura conscientia de-  
 præceris, à deo prorsus non exaudie-  
 ris. Tertio, ut affectus suos puros  
 custodiat. Vnde P. Augustinus. Nihil  
 ita deum inclinatur ad pietatem & miseri-  
 cordiam quemadmodum pius mentis affe-  
 ctus. Secundum quod est necessarium,  
 est ut iusta petat. Tria namque petere  
 debemus primum est à præteritis pec-  
 catis veniam. Ecclesiasti. Ne adicias  
 peccatum super peccatum, sed de  
 pristinis deprecare ut tibi dimittan-  
 tur. Secundum est à præsentibus ma-  
 lis tutelam. Matt. Vigilate & orate  
 ut non intretis in tentationem. Psal-  
 Custodi me ut pupillam oculi tui,  
 &c. Tertium est à futuris periculis  
 cautelam. Luc. Vigilate omni tempo-  
 re orantes, ut digni, &c.

*Oratio facit sex bona.*

**D**iabolum fugat, de hac mate-  
 ria vide supra in secundo cap-  
 de oratione. Secundo Veniam  
 impe-